



D E  
**RATIOCINIIS**  
**ADMINISTRATORVM,**  
 E T  
**COMPVTATIONIBVS**  
 VARIIS ALIIS  
**Tractatus Prægnantissimus.**

OMNIBVS IVRI OPERAM DANTEBVS, TAM IN  
 Theorica, quàm Praxi vtilis, iudicibus, & Advocatis pernecessarius.

**AUCTORE**

D. FRANCISCO MUÑOZ DE ESCOBAR, IC  
 in Regia Pinciana Cancellaria causarum Patroni,

*In hac postrema editione accuratissimè recognitus, & à nonnullis locis expurgatus.*

*Cum Indice cum Caputum, tum Materiarum, copiosissimo.*



AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud HH. Io. Dominici Tarini, MDCXXVII

SUPERIORVM PERMISSV.

ILLVTRISSIMO, ET  
EXCELLENTISSIMO D. D.  
IOANNI IACOBO PISCINÆ  
MAGNO SER.<sup>mo</sup> SABAVDIÆ DVCIS  
CANCELLARIO.

*Heredes Io. Dominici Tarini S. P. D.*



ON sine maxima animi, mentisq; nostræ perturbatione alienum quidem hunc partum, sed nostro labore, & industria editum tuo nomine tanquam notulis aureis illustrare audemus, ILLVTRISIME, ET EXCELLENTISIME D. nihil enim fortitudinis Elephanti addere videmur, si sub eius pede formicâ ponamus, ac veremur ne nobis Agricolaë inscitia adscribatur, de qua Poeta;

*Phœbe meis nunquam desint tua lumina campis,  
Munere proq; suo faba erit una data.*

hæsitauerat itaque deliberatio, erubuerat consilium, ancipitesq; diu fueramus, si te nobis Patronum hac in re adscisceremus; Namque, si senilem prudentiam in iuuenili ætate reconditam post Doctoratus lauream spectamus, dum Iudicis munere sungebaris; Si in propria Salutiarum Patria regenda sub Præfecti dignissimo titulo rectum, & discretum iudicium consideramus; (cuius nunc felicissimè sustinet onus Franciscus Piscina vnigenitus tuus, quæ faxit Deus, vt in cæteris dignitatibus successorem habeas, sicuti & in corporis bonis hæredem, & in animi dotibus imitatore[m] vides) iingenij tui acumen in iure interpretando, fidemq; in iustitiæ distributione cum meritissima Senatoris dignitate decorabaris intuemur; Si prudentiam admiramur in politicis negotijs tractandis, summamque experientiam in ijs concludendis, quæ ad patriæ tutamen spectabant, dum apud sapientissimâ, & prudentissimâ Rempublicam Adriatici maris dominam, Magni nostri, ac totius orbis



# TRACTATUS DE RATIOCINIIS ADMINISTRATORVM,

*Et alijs Computationibus.*

## C A P V T.

- 1 **Q**UONIAM *agens secundum rationem, agit propter finem.*  
 2 *Humanorum actuum laus non tam ex principio, quam ex fine comprobatur.*  
 3 *Exitus actus probat.*  
 4 *Finem nobiliorem esse, his quae sunt ad finem, philosophus firmavit.*  
 5 *Qui aliena negotia gerunt, vel quo quomodo administrant, non solum humano, verum*  
 6 *& diuino iure, in calce suae administrationis, rationem reddere astringuntur.*  
 7 *Rationem non sufficit qualemqualem reddere, sed tale esse oportet, quae rectitudinem,*  
 8 *& veritatem contineat.*  
 9 *Administrator, qui veram & rectam rationem non reddit, ut falsus puniri potest.*  
 10 *Administrator, qui veram & rectam rationem non reddit, infamia notatur.*

## C A P V T I.

*Sive Praefatio.*

- 1 **H**IC in omnibus rebus agendis, potissima pars dicatur, esse principium, ut ad-  
 2 uertit consultus *in l. 1. ff. de origine iuris.* (ita ut dimidium facti, qui bene cepit ha-  
 3 beat) tamen negari non potest, quod omne agens secundum rationem, agat  
 4 propter finem, quo fit, ut omnis humanorum actuum laus, non tam ex princi-  
 5 pio, quam ex fine comprobetur, iuxta illud Virgilianum. *Exitus actus probat.*  
 6 Cuius sententiae meminerat Claudianus *in Laut facta. S. enimentis ff. de penis, et ten.*  
 7 *l. 1. 3. p. 2.* ad cuius conclusionis probationem Philosophus inquit, finem no-  
 8 biliorem esse his, quae sunt ad finem, & iuxta illud Ecclesiastes, *c. 7. melior est finis quam principium.*  
 9 Unde cum ille, qui aliena negotia gerit, non solum humano, verum etiam diuino iure in calce suae ad-  
 10 ministrationis rationem reddere teneatur, nam & ita villico iussit Saluator *Lucae 6. 16.* & refert Sum-  
 11 mus Pontifex *in e. qualiter, et quando et de accusat. tenentq.* plures Doctores relati a Boet. *in tracta.*  
 12 *de decima tutori prest. c. 1. nu. 154.* plures et relati a Rolan. *conf. 49. nu. 1.* Menoc. *lib. 2. de arbitr. cont. 2.*  
 13 *casu 209. nu. 1.* tunc demum bene, recteq; aliquem in administratione versatum fuisse arbitrabitur,  
 14 si peracta, finitaq; administratione introitus, & exitus legitime coniectos, domino siue principali  
 15 suo reddiderit, & reliqua simul soluerit non enim sat est, ut qualemqualem rationem reddat, sed tale  
 16 esse oportet, quae & veritatem, & rectitudinem contineat, & ita partito iure constitutum fuit, *in l. 26.*  
 17 *tit. 12. p. 5.* ibi: *si andoles euenta verdadera y de recha;* Alias autem si ratio vera, & recta non fuerit, admi-  
 18 nistrator, ut falsus a lege punitur, ut *in l. 1. S. tutores ff. de falsis, ibi perit de punitantur, ac si falsum com-*  
 19 *missent,* ubi hoc tenet Bar. Greg. Lup. *in l. 6. verbo euenta, tit. 11. p. 6.* ac itidem perpetua infamia no-  
 20 tantur, ut *in l. 1. ff. de his, qui notantur infamia,* neq; ab Imperiali beneficio, vlla absolutione huius-  
 21 modi nota fiantur, ut *in l. fin. G. arbit. tutela. Damanderus de tutore, cap. 3. num. 4.*

# VARIARVM (EX CÆSAREO, REGIO ET PONTIFICIO IVRE)

## Computationum.

### TOMVS SECVNDVS

*Ad Lectorem.*



**M** adhuc varie sint computationes in iure difficiles, quæ in discursu tractatus de Ratiocinijs Administratorum, minimè congruis in locis adaptari poterunt, ideo illas, quas ex varijs Doctorum tractatibus collegi, hic tibi amantissime Lector (quasi fasciculo quodam) annectere curabo, ut deinceps iam non per vaga scribentium volumina anxius diuageris, sed ea in promptu (quædocumque opus fuerit) habeat. Sumè igitur opusculi nostri singulare proficiendi Reipublicæ desiderium, & lucubratiunculam nostram æqui, bonique consule, maiora deinceps spectaturus, si huius nostri laboris detrectator non fueris. Huiusmodi enim generis homines, tametsi auctoribus parum obliunt (cum ab improbo vituperari laus sit) nonnumquam faciunt, ut multi, contra bonum commune Reipublicæ, a scribendi instituto calamum cohibeant. Verum mihi non tam infirma mens est, ut detrectatores tales, aut eorum occulta linguæ iacula metuum; cum assidue huius sordidi muneris participes esse soleant, qui vix primoribus labijs legalis philosophiæ dulcedinem degustarunt, & tandem ex abrupto, temerè, & nonnumquam inuerecundè, (aut supremos iuris prudentiæ patres) elanculum mordere, non verentur. Accipio igitur candidè Lector has nostras ineptias, si magis huiusmodi eas dicere quam amoris priminias velis, quoniam aliquando eas attento animo perlegisse, non poenitebit. Vale.

- S. V. M. M. A. R. I. V. M.*
1. *Modo rationes tertij, vel quinti, non deducuntur de dotibus, vel donationibus simplicibus, à parentibus factis.*
  2. *Residuum tertij, vel quinti, qualiter sit deducendum, ubi prius donatam aliquam fuerit in ratione tertij, vel quinti.*
  3. *Tertio, & quinto donatis, quæ eorum prius detrahi debeat.*
  4. *Melioratio tertij, quæ præcessit, minuit rationationem quinti postea factam.*
  5. *Donatum à patre filijs in vita in ius supremi iudicij habetur.*
  6. *In deductione tertij, & quinti, inspicenda sunt bona, quæ defunctus reliquit tempore mortis.*
  7. *Donatam à parentibus in vita, censetur donata tam præterita, tertij, vel quinti, vel extrinseci.*

8. *Tertium vel quintum, ab aliquo in vita, vel morte donatum, debet deduci consideratis bonis ab ipso donante (tempore mortis) relictis.*
9. *Iudicium familie erigenda, non debet extendi ad ea, quæ sunt extra patrimonium defuncti.*
10. *Pater si fecerit in vita septem millia, & in morte octo millia tantum reliquit, supposito quod illa prior donatio facta fuit in ratione tertij, vel quinti, qualiter facienda erit deductio, sius computatione talis tertij, vel quinti.*
11. *Pater si fecit in vita donationem irrevocabilem, pro ratione tertij, vel quinti, vel extrinseci, deinde fecit alias donationes onerosas vel ob causam mortuam, illa & vel quintum deduci debent de prædictis donationibus, tantum cum reliquis bonis relictis tempore mortis.*
12. *Contractus sive conventiones partium legem accipiunt.*
13. *Pater durante tertium vel quintum revocabilem, bona eius manent affecla defalcationibus.*